

[I]n^a nomine Domini a[men.]^b Gesta vite mortis excidio decidentis oblivionis
e[x]terminio^b prorsus in || nichilum rediguntur necnon uni[ver]sa^b vive vocis frustrata
testimonio recidivum suscipiunt, nisi scripture || vigorata patrociniis sigillorumque
[fr]eta^b munimine tempori simul et etati perpetue consernescant. Igitur || ad noticiam
5 presencium deven[ire]^b volumus et memoriam futurorum, quod nos Nycholaus, [De]ji^b
gracia dux Opaue, filius Othakari, r[egis]^b Bohemie,^{c1} dilectis fidelibus nostris civibus
in Iegerdorfe propter merita devocationis eorum, qua se gratos n[ostre]^b [re]ddiderint^b
celsitudini et acceptos in eo, quod nobis ad [ter]ram^b nostram Opaue venientibus
nos dominum eorum recognoscen[te]s^b esse naturalem pie susceperunt et honori[fic]e^b
10 secundum exhcigenciam^d eorum fidei et honorum, et eciam [in recompencionem
eorum]^b laboris et servitorum suorum, que post suspcionem nostram nobis in
debita exhibuerunt reverencia et honore, [quin]ymmo^b etiam in melioracionem civitatis
eorum et in allevacionem dampnorum, que ante nostrum dispendiose [a]dvcentum^b
15 sunt perpessi per disturbium malignorum, de maturo nostrorum nobilium atque
civium consilio et consensu XXIIII^{or} laneos silve in hereditate nostra Oppaw[i]zc^b
ita, quod numerum laneorum silve prenotatum habeant completum intra rivulum
transeuntem per villam Godesalci, progredientem a sinistra parte montis versus
aquam dictam Oppaw, qui numerus laneorum finem habeb[it]^b intra aquarum spaciun
iam dictarum, liberaliter perpetuo et inviolabiliter possidendos. Ne autem in nostra
20 collacione retrogradi possimus in posterum inveniri, predictis civibus nostris pro
memoria sempiterna presentes inde confectas dari fecimus nostri sigilli munimine
roboratas testibus, qui huic tunc aderant nostre collacioni, subnotatis, qui sunt: Wokko
de Crawar, Iohannes d[api]ffer^b noster, Sbyzlaus de Chuth, Chvnradus camerarius
noster, Benesius de Lobensteyn, Rudigerus advocatus, Hermannus Rose, Waltherus de
25 Sawzyzc, Waltherus de Lysentyz, Tylo de Cracouia, Gerbotho, Hartemudus cives de^e
Lubesyz, et alii quam plures. Actum anno Domini M^oCC^oLXXX^o primo, datum
in Lubesyz per manus Heynrici, nostri cancellarii, die et loco prefatis.²

Sigillum: avulsum et deperditum est.